



**R. P. Lvcæ Pinelli Societatis Iesv, Theologi, Exercitia  
Spiritvalia Qvadraginta, De Sacrosancto Eucharistiæ  
Sacramento**

**Pinelli, Luca**

**Coloniae, 1608**

Authoris inpræsenti Libello intentio. Capvt IV.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59691](#)

PROAEMIVM.

bera, ideoque bonum esset, prius confi-  
teri, aut de peccatis ut minimum conte-  
ri, sic enim in gratiam DEI homo redit  
& facilius exauditur. Laudabile præte-  
rea foret, vt ad Ecclesiam orationis fa-  
ciendæ gratia pergens, Angelum custo-  
dem, aut alium ex Sanctis ad quem spe-  
ciali deuotione afficeretur, inuocaret,  
ad assistendum sibi in sancto hoc exer-  
citio: Et vt breuiter concludam, quo  
quis alacrius, & feruentius orationem  
suam peregerit, eò facilius exaudietur.

*Authoris in praesenti Libello intentio.*

## CAPVT IV.

**I**ntentio mea, in hoc opusculo (a  
mice Lector) est, illis opitulari, qui  
ad orationem quadragesinta horarum  
re cte instituendam iuuari cupiunt. Et  
q uia mentis euagatio nostras orationes  
inutiles & insipidas reddit: ea autem, ut  
plurimum inde accidit, quod intelle-  
ctus noster rerum considerandarum co-  
pia destituatur, idcirco exercitia qua-  
dam

PROAEMIUM.

dam spiritualia confeci, quæ rerum varietatem ad mentem stabilendam, ne vagabunda in alias inutiles cogitationes oberraret, continerent.

Veruntamen ea parum vel nihil tibi proderunt, si tu ex parte tua, quod debes, non feceris, hoc est, nisi serio ad orationem te applicaueris, & eo tempore omni alterine negotio, inutiliꝝ cogitationi valedixeris; cogitans nimirum te coram diuina maiestate consistere, quæ non modo quid extracte, sed etiam quid intra te geratur, penitissimè inspicit.

Hoc igitur opusculum quadraginta complectitur exercitia spiritualia, totidem horis respondentia de sanctissimo Eucharistie sacramento, quod mihi maximè ad propositum facere visum est, quoniam oratio hæc in venerabilis Sacramenti, à quo gratias omnes sperare possumus, præsentia peragitur. In unoquoque horum exercitiorum primum quinque puncta ad meditandum de sacra sancta Eucharistia posui. Deinde colloquium eiusdem meditationis. Tertio, orationem in qua gratia

quæ-

PRO AEMIVM.

quædam meditationi sive colloquio conformis postulatur. Quartò, vnum vel plura miracula de venerabili Sa-  
ceramento. Quinto, documentum ex  
eodem miraculo desumptum.

Sexto & ultimò pro quibus orandum  
fit innuitur; charitas enim Christiana  
requirit, ut posteaquam pro nobis ora-  
vimus, pro proximis etiam DEVUM pre-  
cemur. Et quia nonnullis forsitan ma-  
gis placebit, eo tempore in sacratissima  
Christi passione meditanda versari, ea  
propter in fine huins libelli quadragin-  
ta puncta de eadem Dominica passione  
adiunxi, vnicuique horæ vnum pun-  
ctum attribuēdo, quæ breuissima sunt,  
tum ne opus hoc nimium excresce-  
ret, tum quod alij libri talibus  
meditationibus pleni  
sint.

EXER-